

fulgeat et presit populis urbesque moderetur, servum tamen iudicat <sup>(a)</sup> esse vitiorum. at vero contra, rex si quando nactus est virum bonum ac sapientem, qui monere salubriter possit et fideliter velit ac modeste audeat, res est iis non parvi momenti. semper enim adulatoribus aula referta est, qui vel placendi studio vel rapiendi cupiditate pravis <sup>(b)</sup> regum voluntatibus obsequantur <sup>(c)</sup>; pauci qui recta perspicere <sup>(d)</sup> velint; vix ullus qui contradicere audeat, si vel quantisper adversari principis voluntatem <sup>(e)</sup> senserint. itaque omnes ex industria non quod deceat, sed quod potissimum placeat, animadvertisunt et laudant; utque ipsi apud eos primi sint, non tantum ex se ipsis latere constudent, verum etiam ex aliena depressione consurgere; ceteros quoque calumniari non desinunt, maxime vero bonos, quorum semper virtutem suspectam habent et conversationem infestam. non mirum autem tantam esse adulatorum copiam, cum multa sint et magna ubique eorum premia. hi ferme bene videntur soli, hi honorantur, hi munera capiunt; qui vero in aula verax atque integer esse voluit, hic primus suspectus atque odiosus est omnibus. unde, si quem vel necessitas vel casus aut quevis alia sors virum bonum unquam <sup>(f)</sup> adduxit, hic aut fiat malus aut abeat necesse est, nisi forsitan rex ipse aut sit aut cupiat esse bonus. quapropter magnum in rege tuo argumentum sue probitatis habeo, quod intelligere te tandem cepit et vere diligere, ac sustinet tibi similes certis auribus audire. talium enim consilio ministerioque si utetur, fortunam accusare forsitan, que sepe recta consilia pervertit, deliberationem vero iudiciumque vix unquam poterit. cuius rei causa celsitudini sue affectus sum, et me sibi facultatem meam, quecumque est, ad sua beneplacita offero. prelatis vero et aliis, quos crebro sermone ornare multis laudibus solebas, his <sup>(g)</sup> obsecro me commendes. vale <sup>(h)</sup>. Bononie, .vi. idus martias 1401.

moltissimo invece  
importa al re di  
trovare un consi-  
gliere onesto.

Le corti sono pie-  
ne di adulatori,

laddove pochissimi  
sono i consiglieri  
sinceri;

e quelli cercano  
solo il proprio  
vantaggio, calun-  
niando i virtuosi,  
per renderli odiati  
e sospetti.

Ai piaggiatori gli  
onorì e i doni; ai  
cortigiani onesti  
invece l'odio e la  
diffidenza; sicché  
son costretti a di-  
ventar malvagi op-  
pur ad andarsene,  
qualora esso re non  
sia virtuoso.

Dà quindi segno  
di gran probità il  
principe nell'ascol-  
tar i saggi consigli  
ora proffertigli,

ancorchè l'esito di  
essi stia in balia  
della fortuna.

A lui dunque egli  
offre i propri ser-  
vigi, e si racco-  
manda ai prelati  
della Curia e ad  
altre persone.

(a) *B* indicat    (b) *P* come sembra parvis    (c) *P Ra* obsequerentur    (d) *P* pro-  
spicere    (e) *Codd.* voluntate    (f) *B<sup>3</sup>* virum bonum inquam    (g) *B<sup>3</sup>* iis    (h) *B<sup>3</sup>* vale,  
omesse le indicazioni di luogo e di tempo.